

futuri presentes litteras intuentium vel legere audientium [volumus] pervenire, quod [glo-  
 riosis]simus Romanorum rex Adolfus juste [et] rationabiliter [do]navit ac tradidit honestis  
 fratribus ordinis domus The[utunic]e [in Aldenburch nul]la p[otestate ali]quorum obstante  
 [septem tal]enta [denari]orum in moneta civitatis Aldenburch perpetu[o et] annis [singulis in  
 5 festo beati Johannis] baptiste [recipi]enda in testamentum eternum pro [emenda homicidii]  
 perpetrati in Johanne dicto Lotzke [cive quondam in Vriberch, quem familia nobilium]  
 predicti regis in civitate prescripta interfecit, qui et ibidem apud fratres prehabitos [est  
 sepultus. Que videlicet septem talenta de]nariorum nos Heinricus comes de Nassowe  
 [jam dictus ex jussu et precepto domini nostri regis Romanorum Adolphi] et con[silio do-  
 10 minorum terre Mi]snensis [et Orientalis in mon]eta civitatis [Aldenburch, ut prehabitum  
 est, . . . .<sup>a</sup>] assignavimus fratribus memoratis, talibus tamen conditio[nibus intersertis, [ut  
 circa] prenotatos fratres l[umen indeficiens et perpetuum et missa in altari ad hoc dotatum  
 sive deputatum] pro salute predicti civis cotidie habeantur, predicta [singula perpetuis]  
 temporibus [duratura. Ob cujus rei confirmationem, [ut talis assignatio a nobis facta] ab  
 15 omnibus inconcussa per[maneat et inviolabilis perseveret, presentem] paginam desuper  
 [conscribi] jussimus nostri sigilli typario consignatam. In testimonium viris nobilibus et  
 honestis introductis scilicet domino Meinero burgravio M[isnensi, domino Alewero bur]gravio  
 de Liznik, domino Heinrico de Colditz, domino Vnarco de Waldenberch, domino Heinrico  
 advocato de Plawen, domino Vlrico de Maltitz, domino Thilone de [Hohensperch], fratre  
 20 Bertoldo de Geyzenstein et aliis quam pluribus fide dignis. Actum et datum Aldenburch  
 anno incarnationis domini [m<sup>o</sup> cc<sup>o</sup> x]cvii<sup>o</sup>, xiiii<sup>o</sup> kalendas junii.

(SD.)

## 54.

[Saec. XIII.]

25 *Hilschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1624<sup>wo</sup>.**Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 5,12.**Ann.: Nach der Handschrift glaube ich die Urkunde eher in die Mitte des 13. Jahrhunderts als mit Posern-Klett Cod. dipl. a. a. O. in das Ende desselben oder in das 14. Jahrhundert setzen zu müssen.*

*Der Vogt und die übrigen Geschwornen zu Freiberg ersuchen die Geschwornen zu  
 30 Dresden, in Befolgung der über die mit Aussatz behafteten Personen getroffenen Abrede,  
 nach welcher aussätzigte Frauen zu Dresden, aussätzigte Männer zu Freiberg in besonderen  
 Häusern zusammenleben sollen, den Spitalmeister anzuweisen, nur mit ihren besiegelten  
 Briefen versehene Frauen aufzunehmen, wogegen auch sie nur auf gleiche Weise von  
 Dresden aus legitimirte Männer zulassen wollen.*

35 *53. a) Das hier fehlende Wort war bereits unleserlich, als die Abschrift angefertigt wurde.*